

Liber

do circundati utrinque duabus talibus infaciunt uerius quam instruuntur (et uis durant: incorrupti hymenibus uentis: ignibus: omnique cemento firmiores. Spectat etiam nunc speculas Hannibalis hispania terrenaque turres iugis montium impositas. Hinc & eespitu natura castroque uallis accommodata contra flumen impetus aggribus. Illini quidem crates parietum luto: & lateribus crudis extrui quis ignorat. Lateres non sunt e fabulo soeque harenoso: multaque minus calcioso ducendi solo sed e cretoso & albicate: aut ex rubrica. Vel si iam ex fabulo e masculo certe. Fingunt optime uere. Nam solstitio rimosi sunt: quos aedificiis non idoneos probant. Quin & intritum ipsu eo se prius quam fringant: macerari oportet: Genera eorum tria. Lidoron quo utimur: longum sesquipedale: latum pede. Alterum tetradoron. Tertiū pētadoron: Græci enim antiqui doron palmum vocabāt: & ideo dora munera: qua manu darētur. Ergo a quattuor & quinq̄ palmis put sunt: nominātū. Eadē est latitudo. Mirare in priuatis opibus: maiore in publicis utūtur in græcia: pithane in asia & in ulterioris hispaniae ciuitatibus massalia & calēto sunt lateres: qui siccati non merguntur in aqua. Sunt enim e terra pumicosa: cū subigi potest utilissima. Græci: præterquam ubi e silice fieri poterat structurā: parietes latericiorū prætulere. Sunt enim aeterni: si ad pendulum fiant. Ideo & ad publica opera & regias domos adduntur. Sic extinxere murū athenis: q̄ ad mortem hymenū spectat. Sic patris aedes iouis & herculis quanuis lapideas colūnas & epistylia circundarent. Domū regiā Attali trallibus. Item saudibus Crœsi: quam gerusia fecere. Halicarnasi mausolea: quae etiam nunc durant. Lacedæmone quidem excisum lateritiis parietibus opus testoriū propter excellentiam picturæ ligneis formis inclusum romam deportauere in aedilitatē ad comitium exomādum Murena & uarro. Quod opus cum per se mirum esset: translatū ramen magis mirabatur. In italia quoque latericiorū murus areti & meuaniæ est. Romæ non sunt talia aedificia: quia sesquipedalis paries: non plusquam una cognitionem tolerat. Cautumque est: ne communis crassior fiat: nec intergerinorum ratio patitur.

De sulphure: alumine: & generibus eorum: & medicinae. Cap. xy.

Didoron.
Massia uel
maxilia

HAec sint dicta de lateribus. In terræ aut reliquis generibus uel maxime natura mira est sulphuris: quo plurima dominantur. Nasciunt in insulis æoliis inter siciliā & italiā: quas ardebat diximus. Sed nobilissimum in melo insula. In italia quoque inuenit in neapolitano caprone quag' agro collibus: qui uocatur leucogrei: quod est cuniculis effosu pficitur igni. Genera quattuor. Viuum: quod græci apyon uocant: nascitur solidū hoc glebosu. Eo solo ex oibus generibus medici utūtur. Cætera. non liquore constat: & conficiuntur oleo incocta. Viuum autem effuditur: transduceturque: & uiret. Alterum genus appellant glebam fullonū tantum officinis familiare. Tertio quoque generi unus tantum est usus ad sufficiendas lanas: quoniā candore tantum molliciemque confert. Egula uocatur hoc genus. Quarto autem ad ellychnia maxime cōficiendas. Cætero tanta uis est: ut morbos comitiales depræhēdat nidore: immo possum igni. Lusit & Anaxialus eo candens in calice nouo prunaque subdita circumferens: exardescens repulsu pallorem dirum uelut defunctorum effundente coniuiis. Natura eius calfacit: cōcoquit. Sed & discutit collectiōes corporis: ob hoc talibus emplastris malagmatibusque miscetur. Renibus quoque & lumbis in dolore cū adipe mire profectus impositū. Aufert & lichenas a facie cū terrebinthi resina: & lepros: Harpaxita uocatur a celeritate auellandi: auelli enim subide debet. Prodest & suspiciois linctū. putulenta quoque ex tuffientibus: & contra scorpionū ictus. Vtiligines uiuum nitro mixtū: atque ex aceto tritū & illitū tollit. Item lendes in palpebris: aceto sandaraco ammixto. Habet & in religiōibus locū ad expiandas sufficiens domos. Sentitur uis eius & in aq̄s feruentibus. Neque alia res facilius acceditur: quo appareat: ignium uim magnā etiā ei inesse. Fulmina & fulgura quoque sulphuris odorē habent: ac lux ipsa eo sulphurea est. Et butuminis uitia est natura: alibi limus: alibi terra. Limus a iudeæ lacu ut diximus emēgens. Tertia in syria circa sydonem oppidū maritimū. Spissantur hæc utraq: & in densitate coeunt. Est uero liquidū bitumē sicut zacynthium & quod a babilone inuenitur. Ibi quidem et candū gignitur. Liquidū est et apolloniaticū: quae omnia græci pissaphalton appellat ex argumento picis et butuminis. Gignitur et pingue liquorisque oleaci in sicilia: agragantino fonte iificiēs riuum. Incolæ id aurū diuum panniculis colligunt citissime sic adhærescēs. Utunturque eo ad lucernas: lumina olei uicerunt. Item ad scabiē iumentorum. Sunt qui et naphten de qua in secundo diximus uolumine: butuminis generi ascribunt. Vere ardens eius uis ignium naturae cognata percul abest ab omni usu. Butuminis probatio ut quā maxime splendeat: sitque ponderosu ac graue. Leue autem modice: quoniā adulteratur. pice. Vis butuminis quae sulphuris: fistit discutit: attrahit: glutinat. Serpentes nidore fugat accensu. Ad sufficiētes oculorū et albugines babylonium efficax traditur: itē ad lepras lichenas pruritusque corporis. Illintur et podagrī. Omnia autem eius genera incommodos oculorū pilos replicat. Dentum doloribus medentur simul cū nitro illita. Tussim ueterē et anhelitus cū uino potum emendat. Discenteriis est datur eodem modo. Sistitque aluu. Cum aceto uero potum discutit cōcretū sanguinē: et detrahit. Mitigat lumborum dolores. Item articulorū. Cū farina hordeacea ipositum: emplastrum peculiare fa-